



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

3 Sola voce nequis condemnari mulieris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Nec is qui in vitio aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est. Siquidem lex ait a de eo: [Quia Deus dedit eum in manus ejus.] Manus ergo ejus, instrumenti modo, divina ultioni ministerium praberunt. Levites igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui tamen non ex dispositione, sed prater voluntatem fecerit homicidium, divina minister est ultionis. ¶ Illud quoque spectat, quia cum interficitur impius, Christus infunditur, & ubi abominatio aboletur, sanctificatio completur 1; quia Dominus dixit: b [In ea die, qua interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.] Quod non ad unum diem afflictionis Aegypti refertur, sed ad omne tempus 2.

1 ¶ [Consecratur.] Apud B. Ambrosium legitur, congregatur.
2 ¶ [Omne tempus.] Post hoc in originali sequitur c. cum remanentur. infra 32. q. 1.

Cum itaq, qui in vitio hominem interfecerit, minister Dei sit, cum ignocentem furere percipiens, morti nequaquam obnoxius sit, cum subito dementes, eorum, qua faciunt, reatum minime gestent, pater hunc sacerdotem homicidii reum non esse: unde nec sacerdotio privari debet.

Obicitur autem illud, quod est in poenitenti Theodoro c.

C. XII. ¶ In se reversus poenitentiam agat, qui insaniam aliquem occidit.

Si quis insaniam aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei poenitentia imponenda est. ¶ In concilio Vormacensi, & apud Burchardum, & Ivonem haec consequuntur, quam ei, qui sana mente tale quid commiserit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit. ¶ Item obicitur. Sicut quidam, qui esse non imputentur ad poenam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio namq, parentum filio non imputatur ad poenam: cui tamen obest ad ecclesiam munus accipiendum. Sic qua mente aliena sunt, esse non imputentur ad poenam, tamen sacri muneris executionem impediunt.

C. XIII. ¶ Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit.

Unde Hieronymus ait, e

Si quis non iratus, sed propter disciplinam, palmam alicui dederit, & eventu occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam, innocens est: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem, reus est: quia opera requirit. ¶ Item si in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem: in gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quaerit, sed voluntatem.

¶ Verba huius capituli usq, ad vers. Item si in persecutione, leguntur in homil. 28. operu imperfecti, ad c. 11. Matthei. Reliqua autem & feri eadem ibi leguntur, & simillima in com. B. Hieronymi in idem 11. cap. Matthei. Ipsa autem pro fus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. c. de pudicitia, vers. singe.

Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens: sic iste sacerdos, qui furere homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur. ¶ Hu ita respondetur. Non omnia qua ordinandum impediunt, ordinatum desiciunt. ¶ Non enim potest ad sacerdotium provehi, qui aliquando insanavit. Verum tamen si post sacerdotium furere coepit, non ideo sacerdotio carebit: nisi forte nunquam ad sana mentis officium illum redire contingat.

¶ Sicut g de quodam Episcopo Gregorius scribit in regesto ad

a Exod. 21. Deut. 19. b Num 3. c In conc. Vormacien. c. 25. d Burch. l. 6. c. 25. Ivo p. 10. c. 114. e Auctor operu imperf. in Mattheum, hom. 28. f 32. q. 5. de pudicitia. g 2. 1. quamvis.

Eleutherium Episcopum. [Quamvis triste sit vobis, &c.] ut supra in causa. [Longa in valde in gravibus.]

QVAESTIO II.

Pro impensis vero patrocinii in Tarraconensi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo sic statuitur. c. 30.

C. I. ¶ Pro patrocinii impensis clericis munera exigere non debet.

Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum vel clericorum, more secularium iudicium, pro impensis patrocinii munera audeat accipere, nisi forte in ecclesiis gratuito oblata: quae non favore muneri videantur accepta, sed collatione devotionis illata. Quod si quis ista b probatur accipere, veluti exactor fuerit aut usurum possessor, secundum statuta patrum se tenet degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi, regulariter se vicarios proposuerunt. Generali namq, consuetudine receptum est, & moribus approbatum, ut clerici non re advocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

QVAESTIO III.

Tertio quaeritur, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus. In quo primo videndum est, an mulier sacerdotem accusare valeat. Quod sacri canonibus omnino videtur esse prohibatum. Generaliter c. extra statuitur est ex decreto Libiani Pape, ut sacerdotes Domini non accusent, nec in eos referantur, qui sui ordinis sunt, nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiam ad diaconatum provehi possunt. Unde nec sacerdotes accuset, nec in eos referantur. In quibus quos cautum est, ut ob verecundiam sui sexus multo apud praeferentem pro alio non intercedat: nisi forte suas, vel suorum vias persequi voluerit. Haec d. autem, qua nec suas, nec suorum injurias persequitur, ad hanc accusationem admitti non debet. ¶ Contra qui iudicis personam gerere valet, ab accusatoris officio non removeret. Mulieres autem in veteri testamento populorum iudicasse, quicumq, librum iudicum legerit, ignorare non potest. ¶ Ita itaq, ab accusatione removeri possunt, quae etiam iudicis personam frequenter gessisse constat: nec ulla serie divinarum scripturarum ab accusatione prohibentur. ¶ Hu ita respondetur. In veteri lege e multa permittentur, quae hodie perfectione gratia abiciuntur. Cum enim mulieribus olim permitteretur populorum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier inducit, ab Apostolo s. c. iudicium verecundari, viro subditas esse, in signum subjectionis velationis capiti habere. Quae ergo hu omnibus vtro subiecta esse ostenditur, nec pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non potest. ¶ Contra, quamquam passim & indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quaedam crimina, quarum accusationem mulier subire non prohibetur.

C. I.

¶ Unde in libro codicis nono, tit. 1. de 11. l. i. Diocletianus scribit, g. dicens.

Decrimine quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certus ex causa, id est, si suam, suorumque persequatur injuriam, secundum antiqui b juris statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Videt aditus praes provinciae imprimis examinetur, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibetur.

¶ In aliquot veteris exemplaribus ab iure quaestio, ubi et cap. sane, nulla est distinctio capitalium.

a al. exigere. b al. ita. c 2. q. 7. sicut sacerdotum d ff. de reg. jur. l. femina. e lud. 4. f Eph. 5. g qui accusare non possunt. h al. antiquitus si iudicant. C. 11.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. II.

In libro digestorum, Paulus lib. 2. de adulterio, a. n. de testibus. l. 1. b.

Ex eo quod prohibet lex Julia de adulteriis testimonium dicere condatam matrem, colligitur etiam mulieres in iudicio testimonium dicendi jus habere. Item Digestum, titulus de accusationibus & inscriptionibus. lib. 2. c. Non est permittum mulieri publico iudicio quemquam reum facere: nisi fuerit pater, liberorumque, & patrum, & patroni, & eorum filii, filiaeque, nepotis, neptisque mortem crequetur.

C. III.

Papinianus lege 2. eod. tit.

Enim de causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem execrantur eorum, earumque, in quos ex lege publicor. iud. testimonium invitae non dicunt. Item de Cornelia testamentaria senatus consultum: sed et de testamento paterni liberti, vel materni, mulieribus publico iudicio dicere permittum est. Item ex consilio tutorum patris mortem; item pupillae sui mortem exequi concessum est lege testamentaria. Nam & de Patris quidem testamento pupillae ree divus Vespasianus permisit. Sed et si non exhibeat tabulas, per interdictum possunt experiri. Codicem de iur. qui accusare possunt, d. vel non. lege quarta. Imp. Alex. Diogenis. Vxor tua, si consobrini tui necem vindicantem eadimata, adeat praesidem provinciae. In digesto ad legem habitam. Majestati. lege octava. Papinianus libro secundo responsorum. c. In quactionibus laesa Majestatis etiam mulieres audiuntur. Et conjuratorem denique Lucii Julii Cautilii Fulvia mulier detexit, & M. Tullium consulem iudicio suo instruxit.

Quaestio vero persona ad accusationem publicorum iudiciorum, nisi laesa Majestati admittitur, eadem accusationem simoniae subire non potest.

C. IV. § Laesa Majestati, & publicorum iudiciorum, & simoniae accusatio aequaliter proponitur.

Ubi in primo lib. Codicis, Imp. Leo Armatus praefato Prae. l. 29. g.

Ab his qui hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecunia interventus subisse, aut si quis ut aliam ordinare vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad i. in hac publici criminis, & laesa Majestatis accusatione proponitur, a gradu sacerdotii retrahatur. Nec solum hoc deinceps honore privari, sed perpetuum quoque infamiae damnari decernimus: ut eos, quos facinus par coinquinat & aequat, utroque similis poena comiteatur.

Cam autem sacri criminibus accusatione omnino submoventur, qui legi sacrali non asserunt: e diverso videntur admittenda, quae legibus sacralibus prohibentur. Verum hoc non infertur. Quia cum clericorum sacri criminibus nuptias contrahere prohibetur, & legibus Imperatorum. Non autem consequenter omnium copulatae leges admittuntur, quoniam conjunctionem sacri canonis non prohibet: legibus & canonibus cantores & lectores: canonibus autem in sacris sacris accores dicere possunt. Quamvis & agitur sacri criminibus submoventur accusationes, quae leges sacrali non asserunt, nisi a deo consequenter recipiuntur, quae sunt. Primum leges admittuntur. § Sed (sicut circa huiusmodi iustitiam praemissum est) totae leges Imperatorum in ecclesiasticis negotiis utendae est, quatenus sacri canonibus obviare non videntur. § Unde autem Imperator sacri criminibus mulier ab accusatione laesa Majestati & simoniae obviatur prohibita, aut praemissi rationibus ad

a. Digest. 2. tit. 3. b. ad testem. c. lib. 48. tit. 2. lib. 1. d. lib. 1. tit. 3. l. 1. d. e. lib. 48. tit. 4. l. in quae si quemquam. h. Cum sunt si quis. i. orig. i. al. instar. k. Digest. 1. tit. 1.

hujusmodi accusationem admittenda probatur. Nec quisquam distinguere quarat, ad aliorum, non ad sacerdotum accusationem in hoc castificatione mulieres esse admittendas. Cum enim generaliter legibus hoc ei permittum invenitur, nisi qui specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit, eius distinctio locum non habet. Verum cum contra generalis regulas quaedam crimina specialiter excepta sint, in quibus mulieri accusare permittitur, inter quae fornicatio non numeratur: patet quod huius accusatio dupliciter informatur, & quia fornicationis crimen intendit, & quia dum de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet.

1. § Legibus enim.] Discrepancia haec legum & canonum vera non est. Sed fortasse in hanc opinionem venit Gratianus, ex quibusdam verbis novella regis fons fons, qua in vulgato authenticum habetur, colla. 2. ut. de nuptiis. § sed & si quis inter reverendissimos constitutus clericos, (ultra lectorem aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constitimus, atque volumus. Iubemus autem antecessor eadem novella 22. num. 27. illud, supra lectorem & cantorem, exponi, veluti Subdiaconus & Diaconus. His autem canones etiam nuptiis prohibent. Et Leo in ca. lex continentis. sup. dist. 31. fere istum verbum usus est, quibus Iustitiam in novella. Et nomine lectorem omnes minores ordines significavit.

C. V. § Rei confessio ad versus quemlibet admitti non debet.

Unde Iulius Papa a scribit in decreto, c. 18. dicens.

Enim b. (praeterquam i. de crimine laesa Majestatis) de se confessio credi potest & super crimen alienum: quoniam ejus atque omnis rei confessio periculosa est, & admitti adversus quemlibet non debet.

1. § Praeterquam de crimine laesa Majestatis.] Haec exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, praeterquam apud Anselmum.

Quia ergo ista de se confitetur, super alienum crimen ei credi non oportet, sed contra eam sua confessio interpretanda est.

QVAESTIO IV.

Q. Vad vero die Dominico nec Episcopo, nec Presbytero causam aliquam ventilare liceat, in Tarraconensi concilio prohibetur, quo statutum est, c. 40.

C. I. § Ministri ecclesiae die Dominico causas ventilare non debent.

N. Vllus d. Episcoporum aut Presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiusque causa negotium audeat ventilare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solennia peragant. Ceteris vero diebus, convenientibus personis, illa quae iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto f. criminali.

C. II. § Solennibus diebus, & legitimorum jejuniorum secularia placita non agantur.

Item ex concilio apud Ephesum i. habito, presente Rege Henrico.

Placita & secularia Dominicis diebus, vel aliis praecipuis festis, seu etiam in his diebus, in quibus legitima jejunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minime fieri decernimus. Insuper etiam sancta synodus decrevit, ut nulla iudicialia potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire in supradictis diebus, id est, septem dies ante Natalem Domini usque in octavas Epiphaniae, & a Quinquagesima usque in octavas Paschae, & septem dies ante navitatem sancti Iohannis Baptista: quatenus ad eundem ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas.

a. Eo Dionysius, epist. 2. b. Anselm. h. 6. 71. l. 1. p. 3. c. 288. Pam. l. 4. c. 69. c. al. oportet. d. al. debet. e. l. 1. p. 4. cap. 21. c. al. iudicare. f. al. exceptio criminalibus negotiis. g. Barro. l. 2. c. 2. l. 1. p. 3. c. 13. h. &] fortasse.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN